



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 7. Lutherus Wormatiam delatus, ibique interrogatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæcul. XVI.**, „Etis tegulæ sunt, dæmones immine-  
**A.G. 1521.** „rent, nihilominus eo pergere haud de-  
 - „sistam. „

## §. VII.

*Lutherus Wormatiam delatus, ibi  
que interrogatus.*

**Cochl. loc. cit.** **Pallavic. l I.** **c. 26. n. 8.** **V**enit denique die decima sexta Apri-  
 lis Wormatiam, ac cum octo solum  
 equitibus urbem ingressus, ad ædem  
 Equitum Ordinis Teutonici prope Sa-  
 xoniæ Electoris Palatum divertit; po-  
 stera die decima septima ejusdem Men-  
 sis circa quartam pomeridianam ad co-  
 mitia admittebatur, introducente eam  
 Comite de Pappenheim, S. R. Imperii  
 Marescallo, a quo ante omnia commo-  
 nitus est, ne quid loqueretur, nisi a Cæ-  
 sare interrogatus. Postmodum Eckius  
 Juris peritus, ac Bavariæ Ducis Con-  
 filiarius Lutherum allocutus, Cæsarea,  
 inquit, Majestas huc te, Martine Lu-  
 there! accivit his duabus de cauſis.  
 Primo, ut libros hosce hactenus tuo nomine  
 vulgatos, agnoscas hic coram, si tui sint.  
 Aderant ibi operum fuorum transfum-  
 pta, quorum tituli publice prælegeban-  
 tur. Secundo, ut profitearis, an in his  
 contenta tueri, vel errores tuos revocare ve-  
 lis. Ad hæc Lutherus, libros, inquit,  
 jam recensitos non possum non amplecti pro  
 meis,

meis, & eorum nullum, qui nomen meum sæcul. XVII  
 præferunt, unquam diffitebor. Ad po- A.C. 1521.  
 steriorem vero quæstionem, an doctrinam revocare velit vel non, tempus ad deliberandum postulavit; Cum, ajebat, de re maximi momenti ageretur, nimirum de fide, & de verbo Dei, quo nihil magis habemus, temerarium igitur foret, ac periculosem, me quicquam incogitatum proferre, peto hac de causa spaciū deliberandi, ut citra divini verbi injuriam nec plus, nec minus affirmem; qua ratione Christum (ut intendo) coram hominibus non confiterer. Ad hoc Lutheri responsum cœpit Principum deliberatio, tandem vero horum ius tu Eckius haec illi significavit. *Etsi tu Martine ex Mandato Cœsareo satis intelligere potuisses, ad quid Wormatiam accersitus sis, eaque de causa, cum adeo celebris Doctor habearis, facile, quid responderes, præconcipere potueris, nihilominus Cœsarea Majestas ex ingenita clementia diem unum meditationi tue indulget, ea tamen leges, ut cras ad eandem horam compareas, nec scripto sententiam tuam, sed verbis exponas:* His dictis Lutherus confessim ad hospitium suum rediit.

## §. VIII.

*Lutherus Wormatiae in comitiis altera vice auditus.*

Postera die Sturmius, Fecialis Cœsa-  
reus